



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 62. Patrum sententiæ pro absolvendo Grimano Patriarcha.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Conventu rursus agebant de causa Sæcul. XVI.  
A. C. 1563.  
Grimani Veneti Patriarchæ, cujus supra meminimus. Intererant omnes Judices excepto Premisliensi Episcopo tum ægrotante.

§. LXII.

*Patrum sententiæ pro absolvendo Grimano Patriarcha.*

Hæc Congregatio ad septimam usque horam protrahebatur, ubi omnes unanimi consensu declarabant, quod epistola a Grimano ad Utinensem suum Vicarium generalem pluribus abhinc annis scripta, cui tota innitebatur accusatio, circa quasdam propositiones a quodam Prædicatore de Prædestinatione enuntiatas nihil censura dignum, nullamque propositionem contineret, quæ non æque in Sanctis Augustino, Prospero, Bernardo, Thoma Aquinate, atque in pluribus aliis Doctoribus reperiretur. Idem quoque sensere cuncti Theologi, quibus ea res fuerat communicata, & tantum Guererus Granatensis Archiepiscopus, atque Ayala Segobienfis Antistes quadam utebantur restrictione, affirmantes, quod quidem in eandem etiam opinionem convenirent, cum tamen res nondum maturius discussæ, nec sententiæ ea de causa a Theologis Romanis prolatae fuerint, hinc

*Pallav. l. 6.*

Sæcul. XVI.  
A. C. 1563. minus contenti essent. Verum quorundam opinio fuit, in ea epistola Theologiæ Scholasticæ methodum haud fuisse observatam, sed in quadam apologia, a Grimano Patriarcha postea ad eam defendendam confecta, dubitationem omnem fuisse ablatam. Porro Præsides a iudicibus petierunt, quatenus suam quisque sententiam scripto breviter traderet, ut forma iudicii servaretur: pariter Veneti Oratores curforem illico ad Senatum misere, ut de hoc eventu eum facerent certiores, nec minus Legati de eodem negotio scripserunt ad Pontificem, qui postea illis respondit, monens, ut id, quod æquum esset, perageretur, quare sequenti mense lata fuit de Grimano sententia, quemadmodum ostendemus.

## §. LXIII.

*In quadam congregatione circa matrimonia clandestina disputatum.*

*Pall. c. 4. n. 1.*  
*Viscont to. 2.*  
*Lett. 63. du*  
*12. d' Aoug.*  
*P. 351.* Postquam cum summa solertia in privatis Theologorum coetibus æque, ac in Prælatorum Congregationibus circa articulum de Matrimonii Sacramento, ejusque abusibus disceptatum erat, ac post quatuordecim alios particulares Patrum conventus demum in generali Canones, & decreta fuerant digesta, tandem die trigesima prima Ju-  
lii